

FABVLARVM

POETICARVM

P. OVIDII META-

MORPHOSI DESCRI-

ptarum

INTERPRETATIO ETHI-
ca Physica & Historica

Autore

GEORGIO SABINO.

LIBER VII.

FABVLA. I. IAMQVE FRETVM &c.

De Jasone aureum vellus auxilio Me-
deæ acquirente.

Triplex est genus hominum, à quibus reges ac principes miserè vexantur. Primi generis sunt adulatores seu assentatores, qui blandiendo & mentiendo illorum animos occupant, & quasi excacant. Secundi sunt delatores seu calumniatores, quorum tantum est improbitas, ut fidiſſimos quoq; & de Repub. optimè merentes, illis invisos reddant. Tertii vero generis sunt fœneratores, qui oppida, Vectigalia, & portoria illorum tenent oppignorata. Hoc triplex hominum genus per tres illas Harpyias intelligitur, quas Poeta fingunt insidere mensæ Phynæi oculis capti, & inquinare omnia, ipsasq; dapes præripere misero & calamitoso regi. Tales enim homines inquinant reges ac principes oculis animi captos, eorumq; facultates & alimenta ad se rapiunt. Alphonsus rex Neapolitanus facta Harpyiarum men-

Adulatores
delatores,
fœnerato-
res, tres
sunt Har-
pyjæ, qui-
bus princi-
pes misere
vexantur.
Calais &
Zetes pen-
nati cur
fingantur.